



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

XCIX. Ad Daudem Peiferum, Iurisc. & Consil. Elect. Saxon.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

N. REVSNERI

XCVIII.

Epitaphium auctoris.

*Dum liceat te, CHRISTE, frui: valedicere memento*

*Cur dubitem? sis ò sis mea vita, Deus.*

*Nam mors est, homini quæ viuatur, anxia vita:*

*At mors, est vitæ vita. quid ergo moror?*

*Munde vale. cui vita nec est, mors est quoque nulla.*

*Namque Deo vera est vita vocante mori.*

XCIX.

Ad Dauidem Peiferum, Iurisc.

& Confil. Elect. Saxon.

*Si laus est hominis, bonis placere:*

*Laus est hæc quoque, displicere prauis.*

*Namque infamia vera, laus putanda est*

*Eius, qui malus est: nihilque fecit*

*In vita simul ipse laude dignum.*

*Sic Hector cupit ille Næuianus*

*Laudati ore viri, atque laude digni*

*Laudari. putida ore de maligno*

*Laus, & sordida fit citò bonorum.*

C.

Ad Zoilum.

*Si breuis est nimis iste libellus*

*ZOILE: cur tua lingua proteruè*

Oblat